



## **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

2225. Markgraf Hermann bewilligt, daß König Albrecht Herrn Johann von  
Lichtenberg 1000 Mark Silbers auf Westhofen und Balhorn verschreiben  
möge, am 23. April 1303.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

scripsistis de Christoforo, quod vestra dispendia moliri intenderet, noueritis, nos et patrum nostrum Ot(tonem marchionem nuncium ad regem Dacie, transmisisse, et quicquid per eundem nuncium didicerimus, plenarie vobis significabimus. Credimus tamen, quod de rege ipso Dacie non oporteat vos timere, presertim cum idem rex cum fratre suo noscitur odiosus discordare; vestramque promocionem, vbicunque poterimus, fidelius quo poterimus, vtique dirigemus. Datum Saltwedele, in die Penthecostes.

In dorso: Prouidis viris et honestis . . consulibus ciuitatis Lubeke vniuersis detur hec.

Aus dem Lübecker Urkunden-Buch, Theil II, Seite 152.

2225. Markgraf Hermann bewilligt, daß König Albrecht Herrn Johann von Nichtenberg 1000 Mark Silbers auf Westhofen und Balborn verschreiben möge, am 23. April 1303.

Nos Hermannus, Dei gratia marchio de Brandenburg et dominus de Hennenberch, publice profitentes, ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire, Quod obligacioni villarum Westhouen et Baldeburnen cum suis pertinentijs, per Serenissimum dominum nostrum dominum Albertum Romanorum Regem Illustrem, Nobili viro Johanni domino de Lychtenberg, Aduocato Prouinciali per Alfatiam et suis heredibus in mille marcis argenti, prout in litteris ipsius domini nostri Regis apparet, facte, nostrum consensum apponimus et assensum, ipso domino nostro Rege nos super hoc suis patentibus litteris requirente, presentium testimonio litterarum nostri sigilli Robore signatarum, Datum Wetflarie XI. Kal. maij. Anno Domini millesimo Trecentesimo Tercio, in die beati Georgij martiris.

Nach dem Original.

2226. Markgraf Hermann bestätigt als Herr in Franken den Verkauf des Dorfes Stralsbach an das Kloster Frauenrode, am 30. April 1303.

Nos Hermannus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et Dominus in Franken, tenore presencium recognoscimus et constare cupimus vniuersis, quod villam Stralsbach cum pratis, pascuis, agris, hortis, silvis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis ac omnibus suis pertinentijs, a nobis in feodo procedentem, quam Albertus dictus Hurninc claustro Sanctimonialium in Vrowenrode vendidit, ipsis damus titulo proprietatis perpetuo possidendam, vendicionem prehabitam favorabiliter